CONSILIA CELSI HVGONIS DISSVTI CAVILLONI CELTAE, IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS, NVNC PRIMVM in lucem emiſſa.

Adiectus eſt Index locupletiſſimus rerum & verborum.

LVGDVNI.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

CONSILIA CELSI HVGONIS DISSVTI CAVILLONI CELTAE IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS,

Quæ degens in Hiſpaniis ad conſultationem diuerſorum confecit.

CONSILIVM PRIMVM.

1 *Poſſeſſione ſola quando agitur, non dicitur cauſa magna, etiam ſi res, cuius poſſeſſio petitur, ſit maximi valoris.*

Conſilium doctiſſimis reſpondere poteſt abſque iurium & rationum allegationibus.

2 *Remedium l. fina. C. de edicto diui Adr. tollend. poteſt intentare, qui ſcriptus eſt heres in teſtamento, ſi tamen huiuſmodi teſtamentum produxerit tale quod prima ſui figura careat omni ſuſpitione. & 3. vide num. 4.*

5 *Tranſumptum ſimplex teſtamenti auctoritate iudicis exemplatum ſi exhibeatur, an fidem faciat.*

6 *Teſtamentum coram quo iudice debeat aperiri. nu. 8.*

7 *Legato de latere, vel nuntio apoſtolico de his quæ ad ſuum officium ſpectant atteſtantibus, vel de his quæ ſolent ipſis communiter committi, creditur.*

8 *Iudicio quo beneficium l. fin. C. de edicto diui Adria. tollen. intentatur, probatio ſemiplena ſufficit.*

9 *Exceptiones quæ requirunt altiorem indaginem quæ ſunt, & quales, & in quo iudicio reiiciantur.*

10 *Agens remedio l. fina. de edicto diui Adria. probet defunctum bona, quorum poſſeſſionem petit, mortis tempore poſſediſſe. & num. 11. Idem in hereditatis petitione. num. 12.*

13 *Alienare prohibitus, non prohibetur illius rei poſſeſſionem in alium transferre.*

14 *Poſſeſſio defuncti, quam ſtatuto defert in heredem, aut alium quemuis, ficta eſt. Et ille in quem ex diſpoſitione ſtatuti tranſlata eſt poſſeſſio, poteſt d. l. fi. C. de edicto, beneficium intentare. nume. 16. Et ipſo defuncto heres illius.*

15 *Fictiones duæ quando concurrere poſſint.*

17 *Remedium l. fi. C. de edicto, in iudicio intentatum, ſapit effectum interdictorũ recuperandæ & adipiſcendæ ideo non admittit exceptionem dominij, idem ſi poſteà contradictor fuerit aliquam poſſeſſionem. nume. 18. & 19.*

21 *Contradictor legitimus non eſt, in iudicio beneficij l. fi. C. de edict. diui Adria. oſſertus probare de dominio alicuius ſi vi, vi poſſidet, n. 22. & quid ſi poſſidet abſque vitio ſed habuit ab alio quàm à defuncto titulum. Et quid ſi ab eodem defuncto titulum habuit, ſed eſt diuerſus ab eo cui agens innititur. num. 23. & 24.*

25 *Depoſitum, ſiue realis oblatio qualiter fieri debeat? & num. 26. 27.*

28 *Inueſtitus dicitur decedere quo quò ad illa bona, de quibus ſpecialiter non diſpoſuit teſtando, vbi ſpecialem diſpoſitionem exigebant illa bona. Et idem quando de bonis huiuſmodi non potuit ordinare.*

Primogenito, vel alio filio alicuius matrimonij ſi fuerit aliquid ſtipulatum, concurrunt alij filij.

Heres cum inuentarij beneficio non eſt propriè dominus hereditariorum bonorum, nec eſt propriè heres. quo differt heres iste ab herede vero.

29 *Filius vel extraneus inſtitutus heredes mitti debent in poſſeſſionem hereditariorũ bonorũ ex d. l. fin. C. de edicto diui Adr. beneficio, etiã ſi aliqua bona dicitur eſſe feudalia:*

30 *Libellus neceſſarius non eſt in iudicio, quo beneficium d. l. fin. C. de edicto diui Adria. intentatur, & ſi in huiuſmodi iudicio, aut in alio, in quo neceſſarius non ſit libellus, offeratur libellus ineptus, non redditur ex hoc iudicium illud nullum. & in additione num. 44. & conſi. 2. nu. 1.*

33 *Poſſeſſor mutare poteſt cauſam poſſeſſionis ex cauſa noua extrinſeca accedente. & 34.*

36 *Iuriſdictionem non probant teſtes ſingulares. Et quid vbi conteſtes adſunt.*

38 *Proxeneta & mediator non admittuntur in teſtes, niſi partes conſentiant.*

39 *Solemnitas quæ ad actus alicuius conſtructionem requiritur, neceſſaria eſſet ad deſtructionem illius.*

40 *Vaſſalli iuramentum fidelitatis alteri quàm domino præſtare non poſſunt, niſi dominus anteà relaxauerit illis iuramentum, quod ſibi præſtiterant.*

41 *Vſufructuarius licet feudum, aut vaſallos poſſideat, attamen proprietarius eſt dominus directus.*

42 *Teſtamentum in ſcriptis notarij ſubſcriptionem non requirit. Et quid in teſtamento nuncupatiuo. nu. 43.*

45 *Remedium l. fi. C. de edicto. poteſt intentari, quando producitur inſtrumentum quod iudex confici mandauit ex dictis & depoſitionibus teſtium, coram quibus aliquis extremam ſuam voluntatem expoſuit, cum notarium non haberet.*

46 *Inſtrumenta quæ confecit ille, qui communiter habebatur, & reputabatur pro notario valent.*

48 *Notarius actorum non debet illorum copiam dare, niſi de iudicis mandato, & non probatur commiſſio per atteſtationem notarij dicentis ſibi fuiſſe commiſſum à iudice ibid. & 49.*

51 *Qualitas quæ eſt cauſa quòd quis admittatur, aut repellatur, debet ante omnia probari.*

52 *Conſtitutio Cathaloniæ, de qua in caſus figuratione, locum habet etiam ſi dos ſoluta non fuerit. Et conſtitutionis huius vigore vidua ſtatim poſſidet: aut heres illius etiam aliter non dicto de dote ſolutione. Et non poteſt vxor illa cogi dictorum bonorum poſſeſſionem relinquere, donec dos fuerit eidem integrè reſtituta cum augmento illius. Et idem ſit in vxoris herede. Et an depoſitio in pecunia dotem & augmentum dicatur ſatisfacere conſtitutioni. num. 53.*

53 *Dictionum conſectiua, & incontinenti, natura & effectus.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA